



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



eri  
ll.





4<sup>o</sup> Diff. 1293

I

~~Vol 1007~~



*Vol. 1007*





Dij. 1293.



00 40  
*Collegij Socij Jesu Monachij 1661.*

HENRICI BOCERI

IN ILLVSTRI

ACADEMIA TVBINGENSI

ANTECESSORIS;

DISPVTA-

TIONVM IURI-

DICARVM, SINGVLARI STUDIO,

ET METHODO ELEGANTI, ITA VT COM-  
mentariorum loco haberi possint, con-  
scriptarum,

Classis prima:


CONTINENS DISPVTATIONES XXIII.

quarum elenchum pagina sequens  
habet.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCI-

pem, & Dominum, Dominum Augustum, iuniorem,

Ducem Brunsvicensium & Lune-  
burgensium, &c.

*Ex Aed. Car:  Jac: & Melch: Richards.*

TVBINGÆ,

*Apud Georgium Gruppenbachium,*

ANNO M. D. XCVI.



**E L E N C H U S**  
**DISPUTATIONVM CLAS-**  
**S I S P R I M Æ.**

1. De Iuris arte, eiusq; partibus duabus, & maximè de parte prima, constitutione scilicet Iuris: itemq; de facti & Iuris ignorantia.
2. De obligatione in genere, & in specie de obligatione, quam sola personæ conditio, quam item pollicitatio constituit.
3. De Pactis.
4. De contractibus in genere, & in specie de emptione & venditione.
5. De locatione & conductione.
6. De Societate.
7. De Mandato.
8. De Contractu, quo re constituitur obligatio, tum in specie de mutuo.
9. De indebiti solutione.
10. De commodato, & precario.
11. De Deposito.
12. De Iure sequestrationis.
13. De pignoribus, & hypothecis.
14. De Contractibus innominatis.
15. De Emphyteusi, itemq; libellario, & chirographario contractu.
16. De Stipulatione.
17. De Fideiussione.
18. De Constituto, & mandato, quo quis pro alio interuenit, itemq; Senatusconsulto Velleiano.
19. De Coniugio, id est, sponsalibus & nuptijs.
20. De Iure dotium.
21. De Adoptione, & legitimatione.
22. De Donationibus.
23. De Transactionibus.





A D I L L V S T R I S -  
S I M V M P R I N C I P E M E T D O -  
M I N V M , D O M I N V M A V G V S T V M , I V N I O -  
*rem, Ducem Brunsvicensium & Luneburgen-*  
*sium, Dominum suum clemen-*  
*tissimum,*

*Praefatio Auctoris.*



VANTA SIT IMPLICATVM DIF-  
ficultate Ius nostrum civile, Dux Auguste, Prin-  
ceps clementissime, & Patrum memoriã constitit,  
& nostra ætate non ignoratur. Cicero eloquentiæ  
parens ad Trebatium scribens, num, ait, Ius civile  
vestrum ex libris cognosci potest? qui quàm pluri-  
mi sunt, doctorem tamen lumenque desiderant.  
Idem alibi etiam, si esset, inquit, ista cognitio iuris magna & difficilis,  
tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendi laborem  
impellere. Quin etiam ipse Iustinianus Imperator, legum conditor,  
Iuris nostri disciplinam difficultate affectam esse non diffitetur,  
quando subtili animo leges excutere iubet. Et non sine causa Poëtæ ci-  
vilem nostram prudentiam, nodosam Iuris scientiam vocitant. Stel-  
latus Palingenius, Non, ait, docet hoc gemini nodosa scientia Iuris.

Sed quæris fortè, Princeps Illustrissime, quidnam sit, quod dif-  
ficultatis illud incommodum Iuri nostro inferat. Rerum quidem,  
quas Ius tractat, varietas magna est, sed quia, teste Neratio Iuricon-  
sulto, Ius finitum est, & esse possit, & debeat, non est, quod hîc multi-  
tudinem rerum, quibus propositum Ius est, incusemus. Res cum pri-  
mis duæ sunt, quibus acceptum referre hoc incommodum possumus;  
legum scilicet priscaurum fragmenta, quibus pandectæ constant, &

);( 2

totius



P R Æ F A T I O.

totius Iuris nostri inconcinnè effusa dispositio. Pandectarum leges sunt tantùm membra quædam, & particula commentariorum Iuris, quas autores ad Ius civile magno studio cõfecerant; Eas, Digestorum confarcinatores, ex suis locis abruptas veriùs, quàm sumptas, in pandectas congefferunt, & quidem vt plurimum detractis ijs, sine quibus isthæc fragmenta sæpenumero intelligi non possunt. Hinc non raro efficitur, vt quæ mens autorum fuerit, non affirmare possimus, sed quasi diuinare necesse habeamus. Hinc tot diuersi ab interpretibus intellectus pro cuiusque ingenio, ipsis, quas dixi, commentariorum particulis affinguntur. Hinc infinitæ illæ Dd. opiniones, quarum aliquibus, vt ex comprobatione pleriquorum communibus, tanquam oraculis multi inhærent. Quod attinet alterum illud incommodum, ex confusa præceptionum Iuris compositione natum, certè licet aliquis sit librorum Iuris, & titulorum ordo, eiusmodi tamen est, quem præposterum, & naturæ, ac rectæ cognitioni contrarium haud iniuriâ dixeris. Et si demus patronis œconomix & compositionis illius, quoad librorum, & Titulorum collectionem, omnia arte mirabili cohære, fateantur tamen nobiscum necesse est, in singulis & specialibus titulis, rerum, quæ sub illis tractantur, ordinem esse nullum, confusionem verò summam: quæ quantam difficultatem studiosæ legum inuentuti adferat, quantamque moram illi inijciat, quis non intelligit? Egregiam itaq; & longè vtilissimam scholis Iuris, & ipsi Reipub. nauare operam putandi sunt illi, qui vtrumque hoc incommodum à venerando hoc legitimo studio nostro remouere enixè laborant, tum inquirendo scilicet studiosè in intellectum ipsarum legum, & eruendo ex his mentem autorum, quod fit maximè, si eorundem autorum alias etiam leges, ex ijsdem locis petitas, diligenter inspiciamus, & quid potissimum ijs locis autores tractarint, inuestigemus: tum quoque in iustam & rectam methodum, non modò partes Iuris, sed & singularum materiarum speciales præceptiones redigendo. Sudarunt in vtroque ante hac multi, & magni nominis Iurisconsulti, quibus par gratia referri nunquam potest. Confero quotidie, quantum per alia negocia licet, & ego in hanc rem mea studia; Id quod testantur superiores lucubrationes meæ; Idem quoque testabitur opus, in quo concinnando nunc immoror, si non immoriar. Dispertitus fui vniversum Ius nostrum in certas classes, quæ & ipsæ inter se vera methodo cohærent, & sub se materias iusto ordine digestas complectuntur.



P R Æ F A T I O.

Etuntur. Et vt in seruiam primùm iuuenibus quibusdam Studiosis Iuris, discipulis nostris, ipsorumque conatus laudandos, rogatus, pro virili iuuenem, singulas materias, ad trutinam legum nostrarum priùs diligenter examinatas in theses redigo, & excutiendas pro more scholastico ipsis propono. Cæterùm quia & alijs isthoc labore meo prodesse cupio, & iam prima classis disputando absoluta sit, typis eam excusam nunc in publicum profero, ea spe, fore, vt sicuti nostris discipulis, adolescentibus certè eruditis & ingeniosis, accessionem cognitionis attulit multam, ita & alijs grata, & utilis sit futura.

Eam autem Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, Celsitudinis tuæ nomini Augustissimo inscribendam putavi, tum quòd ipsa Tua Cels. non modò Illustrissimâ suâ præsentia Collegium hoc nostrum, quoties disputandi causa conuocatur, illustrare clementissimè dignatur, sed & ipsas propositas materias suis ingeniosè inuentis argumentis accuratissimè examinare solet: tum quòd ratio habitationis, & conuictus, quem Celsitas tua Clementissimè apud me elegit, postulare id omninò videatur: tum denique ex quotidiano colloquio, quo tua Celsitas me Clementissime dignatur, abundè quòd intelligam, eam Celsitudini tuæ à Deo insitam esse mentem, quæ in gubernanda Republica Iuris & Iustitiæ strenua sit patrona futura. Quantum puræ nostræ & syncerioris religionis, & omnis generis honestarum literarum cultui tribuat Celsitudo tua, testatur inclytata schola Rostochiana, in qua ab hinc biennio Tua Celsitas ad gubernacula Reipublicæ literariæ aliquandiu felicissimè sedit: loquitur idem etiam sine liuore tota hæc nostra illustris Academia, quæ publicis in disputationibus tuam Celsitudinem non sine admiratione de re Theologica, Iuridica, Physica, aliaque ingeniosissimè differentem sapissimè audit. Hac virtute, hoc ingenio, ea rerum cognitione iuuenilis hæc ætas Celsitudinis Tuæ prædita cum sit, quis non videt, qualis in virili ætate animus eiusdem sit futurus? Acceptum id ferendum est in primis præpotenti Deo, tum Illustrissimis, Celsitudinis Tuæ, parentibus, qui in piam, & sollicitam Celsitatis Tuæ educationem nihil non impendunt: tum etiam vt anterioribus, ita & hisce præsentibus Celsitudinis Tuæ informatoribus, viro antiquissima nobilitate generis, virtute & eruditione conspicuo, Domino Volra-



P R Æ F A T I O.

do à Wandorff' Aulæ Præfecto, & Clarissimo viro, Domino Theodoro à Senden, Iurisperitissimo, Præceptori Celsitudinis tuæ fidelissimo, qui in hoc omnibus incumbunt viribus, vt huic singulari Celsitudinis Tuæ indoli accessio indies adiungatur plurima.

Pater cœlestis omnis boni dator largissimus, ad Ecclesiæ salutem, & incrementum, feliciorēque Reipublicæ gubernationem, Spiritu suo sancto Celsitudinis Tuæ mentem regere benignè pergat, Amen. Tubingæ 2. Septemb, Anno 1596.

CLARISSIMO, CON-  
SULTISSIMOQUE VIRO DN. HENRIGO  
BOCERO, V. I. DOCTORI, ET PROFES-  
sori in Academia Tubingensi, Domi-  
no, & amico suo co-  
lendo,

S.



Tua nunc primo domus à fundamine surgit,  
Artifici quauis condita parte manu:  
Tota recens; saxis, pinis, & robore constans:  
Omnibus insignis conspicienda modis:  
Sic, BOCERE, tuum, celeberrime Doctor, eodem  
Tempore luridicum surgit, & exit opus.  
Nam I V S partitus certis es Classibus omne:  
De quibus hæc primo nunc venit orta loco,  
Tota recens; methodo, neruis, & legibus apta;  
Quæ valida semper ius rationis habent.

Scilicet



Seilicet omnigenis Hæc de Contractibus amplè  
Disputat, ingenij diuitis arte tui.

Materia nihil hæc nostræ magis vtile vitæ:  
Colligat humanum, seruat & illa genus.  
Ito, soluta bonis, Classis Boceria, ventis;  
In portum felix te vehat aura tuum.

I, pete Francorum Vada, confertissima Libris:  
In Themidis cunctas inde serere scholas.

Qua tamen hæc ansa, vir præstantissime, scribis?  
Et quæ Collegij forma, modusq; tui?

Sunt mihi continuo Collegæ tempore multi;  
(Sic me a priuata nomino membra scholæ,)

Nobilibus quorum pars à genitoribus orta:  
Cætera pars claros iactat & ipsa patres.

Doctrina Iuuenes culti prædiuite; clari  
Moribus, & studij sedulitate sui.

His succisuis hæc Themata scripsimus horis:  
Et planas Methodi iussimus ire vias.

Hæc illi, fixo, me Præsidente, tempore, telis  
Acriter inuadunt, discutiuntq; suis.

Sunt Spectatores hæc per certamina nobis;  
Arbitrium quos est, iudiciumq; penes.

A V G V S T V S Princeps hos Illustrissimus inter  
Eminet, è reliquis Sol uti sideribus.

Quem Brunschuiga suum, tellus fortissima, quemq;  
Lunaburga suum gaudet habere Ducem.

Ille bilance sua nostras plerunq; diserto,  
Ac simul arguto ponderat ore Theses.

Prò quantum dabit hic, quàm docto pectore, Princeps  
Rectorem populi, præsidiumq; sui?

Hæc, B O C E R V S ait, promanat origine Classis  
Hæc mea: Collegij fixus hic ordo mei.

Ergo viue diu, Doctore clarissime B O C E R:  
Collegijq; diu duret hic ordo tui.

Quasq; nouas magnis modò sumptibus extruis ades,  
Incole per multos Tuq; Tuiq; dies.



*Sis animo sanus, sis sanus corpore; Classes  
Hac etiam reliquas ut ratione pares.  
Sic Pasces animos, Ius omne rigando iuventæ:  
Communis vitæ cor ita, B O C E R, eris.  
Quiq; decus magnum nunc es Iurisq; Scholæq;  
Gloria venturo tempore maior eris.*

E. T.

S.

M. Erhardus Cellius, Pro-  
fessor Poët. & Histor.  
in Academia Tubin-  
genfi.

*CLASSIS*



CLASSIS PRIMÆ

Disputatio I.

DE IURIS ARTE, EIVSQVE PARTIBUS  
duabus, & maximè de parte prima, constitutione scilicet iuris: Itemq; de iuris & facti ignorantia;

QVAM;

IUVANTE DEO,

AUCTORITATE AMPLISSIMI  
SENATUS IURIDICI:

PRÆSIDE

CLARISSIMO

VIRO, DOMINO HENRICO BO-

CERO, IURISCONSULTO CELEBERRI-

*mo, Antecessore in illustri Academia Tubingensi dignif-*

*simo, Praeceptore suo summè*

*honorando:*

PUBLICI EXERCITII CAUSA: PRID. ID.

Decembris; horâ locoque solitis pro viri-

bus defendet

IULIUS HERCKOVVITSCH: ILL.



TUBINGÆ

*Apud Georgium Gruppenbachium.*

M. D. XCV



1852  
D. J. B. E. C. L.

1852  
D. J. B. E. C. L.

1852  
D. J. B. E. C. L.

1852  
D. J. B. E. C. L.

1852  
D. J. B. E. C. L.

1852  
D. J. B. E. C. L.

1852  
D. J. B. E. C. L.



## T H E S I S I.



ISPVTATVRI DEHINC IVS ROMANVM,  
 initiò eorum opinionem, qui in artium societatem iuris  
 disciplinam aggregandam esse negant, planè reijcimus.

*Auctoritate tum Celsi & Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de iustit. &  
 iur. item Neratij in l. 2. ff. de iuris & facti ignor. tum Cicer. in  
 Bruto & libr. 1. de Orat. vbi de iure ciuili in artem redigendo differit: & libr.  
 1. de Offic. plures, inquit ibi, in iure ciuili, quæ omnes artes in veri inuesti-  
 gatione versantur: tum etiam Connani lib. 1. com. Iuris ciuil. cap. 1. nu. 7. &  
 cap. 3. num. 4. & Ioann. Coras. in libell. de iuris arte part. 1. cap. 14. tum denique  
 argumento à definitione artis ducto: Ars est congeries & collectio præceptionum  
 alicuius disciplina iusto ordine dispositarum, vt patet ex Cicer. in Bruto & dict.  
 libr. 1. de offic. & scribit Guilelmus Onciacus libr. quæst. iuris Philosoph. quæst.  
 60. num. 5. tum etiam Duaren. ad tit. ff. de iustit. & iur. cap. 2. & Donell. libr. 1.  
 com. de iur. ciuil. cap. 3.*

## I I.

Ipsam autem iuris artem non nisi per metonymiam appellari,  
 vel ius; (a) vel studium, (b) vel iurisprudentiam; (c) propriè ve-  
 rò Nomicam dici putamus. (d)

a) Connan. d. lib. 1. c. 3. n. 4. (b) Donell. lib. 2. com. ca. 3. pag. 70. (c) vti  
 arguit ipsa Iurisprudentiæ definitio, in verb. Notitia, item verbo Scientia, quæ  
 verba qualitatem animi significant, non artem, vt & Cuiac. in notis posterior.  
 ad §. 1. Instit. de iust. & iur. scribit. Scientia, inquit ibi, est habitus scientis & in-  
 telligentis animi: Ars est etiam si nemo eam intelligat, quæ nec nisi per abusio-  
 nem Scientia dicitur & contra; (d) Nam à Græcis discimus, quòd ipsis ars iu-  
 ris propriè Νομικὴ dicitur.

## I I I.

Nomica est ars Iuris, id est, æquitatis (a) ad salutem societatis  
 humanæ feliciter hac in vita tuendam (b) constitutæ. (c)

a) d. l. 1. §. 1. ibi ars boni & æqui, & l. pen. in princ. ff. de iustit. & iur. l. sed  
 & me. 32. in fin. ff. de reb. credit. l. in his. 16. ff. de condit. & demonst. l. bona fides.  
 31. in princ. ibi, æquitatem summam, & §. 1. ff. de positi. l. quod si sumptum. 37.  
 ff. de petit. heredit. l. 1. in princ. ff. de pact. l. 1. in princ. ff. de constit. pecun. l. 1.  
 in princ. ff. de minor. l. non tantum. 20. ff. de re iud. l. cum quis. 10. Cod. de natu-  
 ralibus liber. Et Cicer. in Top. Ius, ait, ciuile, est æquitas constituta ijs, qui sunt  
 eiusdem ciuitatis. (b) l. 1. §. huius studij, ibi, quod ad statum rei Romanæ speo-



tat: item ibi, ad singulorum utilitatem: Item ibi, quaedam publicè utilia, quaedam priuatim. & l. penult. ibi, in quaque ciuitate utile est. ff. de iustit. & iur. l. 1. §. 2. ff. de legib. l. 2. §. 1. & §. nouissimè. ff. de orig. iur. Nouell. 163. in princ. constit. Iustinian. de concept. Digestorum. §. 1. Cic. lib. 2. de legib. Item in oratione pro Caccinna. & in Vatini. Primo loco: ad salutem, scribit, ciuium, ciuitatumq; incolumitatem vitamq; hominum & quietam, & beatam, conditæ sunt leges. Secundo loco; nihil est, ait, in ciuitate tam diligenter retinendum, quàm ius ciuile, etenim hoc sublato, nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, quid alienum sit. Ultimo loco; à maioribus, inquit, nostris, nulla alia de causa leges sunt inuenta, nisi vt suos ciues incolumes conseruent. (c) Omne ius constitutum dicitur, non modò ciuile, sed & naturale gentiumq; ius. l. omnes populi. 9. iunct. l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur.

## I I I I.

Quod ius siue æquitas continetur his præceptis: Honestè viuere; alterum non lædere; suum cuique tribuere: (a) quæ tria iuris præcepta inter se opposita sunt, nec aliud comprehenditur alio, (b) quorum vltimum pertinet tantùm ad iustitiam particularem, (c) quæ ab vniuersali iustitia differt, non quòd species à genere, nec quòd species à specie, sed quod membrum ab integro: (d) eiusque genus metonymicum est voluntas, (e) proprium verò genus illius est habitus. (f)

a) l. Iustit. 10. §. 1. ff. de iustit. & iur. (b) primi præcepti exemplum proponitur in l. si qua. 12. §. si vxor iunct. l. semper. 42. ff. de ritu nupt. Item in l. filius. 15. ff. de condit. Instit. vt & in l. 1. §. proinde ff. de extraord. cognit. Vt & in l. 1. §. secundo loco; & §. ait prætor. 8. ff. de postul. & in l. 2. Cod. de secund. nupt. iunct. l. 1. ff. de his, qui notantur infam. Secund. præceptum pertinet ad tit. ff. ad l. Cornel. de siccar. & alios eiusdem generis titulos. (c) l. bona fides. 31. §. 1. vers. & probo. ff. de pos. Nouel. 69. in princ. & Nouell. 164. in princ. Vnde res tantùm, item honores, præmia & pœnas spectat. (d) Vtraque iustitia circa ll. versatur. Est enim iustitia desinitore. Cic. lib. 1. de legibus. Obtemperatio legibus institutisq; populorum. Sed vniuersalis iustitia versatur circa omnes ll. & earum obseruationem. Particularis verò iustitia versatur tantùm circa eas leges, quæ suum cuique tribuere iubent. (e) quale genus habet desinitio iustitiæ ab Vlpian. in d. l. Iustitia. 10. ff. de iustit. & iur. Et Iustin. in princ. tit. eiusdem in Instit. proposita. (f) eiusmodi genere constat



*stat Iustitia definitio tradita à Ciceron. lib. 2. de inuent. Iustitia, inquit, est habitus animi communi utilitate conseruat à, suum cuique tribuens.*

## V.

Sunt autem Nomicæ partes duæ: Prior est de ipsa iuris constitutione: Altera de negotijs, in quibus constitutum ius consistit.

*Ab hac distributione haud aliena est partitio tradita à D. Bernhardo Copio in methodica Instit. iuris Ciuilibus analysi in prin. item à Don. lib. 1. com. iur. ciuil. c. 2. lin. 23. & 24. De prioriparte est titulus. 1. 2. 3. & 4. lib. 1. par. 1. ff. Item Tit. 14. 15. 16. & 23. lib. 1. Codicis & ex parte tit. 1. & 2. lib. 1. instit. De altera parte est l. vlt. ff. de ll. l. 1. ff. de statu hominum, & tota reliqua, & ita maxima portio librorum iuris nostri.*

## VI.

Constitutio iuris continetur tum efficiente iuris origine: tum formâ siue modo, quo ius comprobarum & constitutum est: tum deniq; sine cuius gratiâ ius constitutum est.

*Hæc thesis ex sequentibus firmamentum capit. Formam autem & modum constituendi iuris, Pomponius in l. 2. §. deinde cum esset §. ff. de orig. iur. vocat speciem constituendi.*

## VII.

Efficiens iuris origo est natura, ratio naturalis, & quisq; populus, veluti quæque ciuitas, vnde ius aliud naturale, aliud gentium, aliud ciuile.

*l. 1. §. huius studij vers. priuatum ius & §§. seqq. l. 4. vers. quæ res à iure gentium l. ius ciuile & ff. de iustit. & iure l. bona fides §. ff. de depositi §. fin. Inst. de iust. & iure & t. t. Inst. de iure naturali gent. & c.*

## VIII.

Naturale & gentium ius, quia ad omnes communiter pertinet homines, ab Vlpiano & Caio Iurisconsultis, itemq; Justiniano Imp. commune ius dicitur: & ciuile ius appellatur ab iisdem ius proprium, quod certi alicuius populi, ad quem solum spectat, proprium est.

*l. ius ciuile §. l. omnes populi §. ff. de iust. & iure. §. ius autem ciuile. Inst. de iure naturali gent. & ciuil.*

## IX.

Ius naturale est, quod natura constituit, pertinetque ad eas hominum actiones & qualitates, quas natura omnia animalia docuit;



ut sunt maris & fœminæ coniunctio, prolis procreatio & educatio: (a)  
aduersus vim & impetum defensio (b) itemq; libertas. (c)

a) d. l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. & tit. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. in princ. cum bestia sint specula naturæ, ut Cic. scribit lib. 2. de leg. & naturæ vis in bestiis inspicere possit, quarum in fetu & educatione laborem cum cernimus, ipsam naturæ vocem audire videmur, ut idem Cicero ait libro 3. de finibus. certè licet & gentium ius, naturale ius sit, ut post dicitur, tamen cum hoc, de quo hic agimus, magis naturale est, specialiter ius naturale appellatur. (b) l. scientiam. 45. §. qui cùm aliter. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi arm. & l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadrupes paup. fecisse dicatur. Cicer. lib. 1. de Offic. Principiò, inquit, generi animantium omni est à natura tributum, ut se vitam corpus tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videantur. vide Dominum D. Boccerum in tract. de iure belli & duelli. libr. 2. cap. 9. pag. 171. (c) l. 4. vers. quæ res à iure gent. ibi, iure naturali omnes liberi nascerentur. ff. de iustit. & iur. iunct. l. 3. ff. de adquir. rerum dominio.

## X.

Non ergò rectè ab aliquibus dicitur, dedecori esse nobili matrè liberos suos lactare, maximè cum etiam ius ciuile generaliter iubeat matrem triennium lactare prolem suam.

l. pen. vbi glos. & Dd. C. de patria potest. sed vide addit ad Bart. ibidem: & eundem Bartol. in l. alimenta. vbi etiam Paulus Castr. C. de neg. gestis. Inspice quoque Plutarchi libell. de educat. liberor. Vbi vetat infantes dare nutriendos meretricibus. De liberis spurijis vide Nouell. 89. cap. vlt. & Auth. ex complexu, C. de incest. & inutil. nupt. Gabriel. Palæ. lib. de nothijs & spurijis. cap. 46. & Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 88. num. 4.

## X I.

Ius gentium est, quod ratio naturalis inter omnes homines constituit. (a) Proindeq; sæpè etiam in libris iuris nostri naturale ius dicitur. (b) Estque duplex, aliud enim ingenitum est humano generi statim in prima eius creatione & ortu: Aliud verò postea usu demum exigente & humanis necessitatibus ratio naturalis constituit. (c) Illud Dd. nostri ius gentium primæuum: hoc verò ius gentium secundarium appellant. (d)

a) d. l. omnes populi. 9. vers. quod verò ff. de iustit. & iur. §. ius autem ciuile Instit. de iure naturali gent. & ciuil. (b) §. singulorum Instit. de rerum diuis. l. 1. ff. de adquir. rerum domino. l. 1. ff. de nouat. l. fideiussor. 16. §. fideiussor



for. ff. de fidei l. cum ampliùs. 84. §. is natura ff. de Regul. Iur. l. pen. in princ. ff. de iustit. & iur. l. naturaliter. 13. & l. seq. ff. de condit. indebit. (c) §. ius autem gentium Inst. de iur. nat. gent. & civ. l. 2. 3. 4. & 5 ff. de iustit. & iur. (d) hanc distinctionem approbat Arius Pinelus ad rubr. C. de rescind. vend. part. 1. nu. 11. & seqq. sed vide Coras lib. 6. miscell. c. vlt.

## XII.

Prioris generis est religio erga DEVM: Pietas erga parentes & patriam: (a) & propulsio violentiæ & impetus iniuriosi. (b) Posterioris generis est distinctio dominiorum, bella, seruitutes, manumissiones, contractus ferè omnes & eorum obligationes. (c)

a) l. 2. ff. de iustit. & iur. (b) l. 3. ff. d. t. (c) l. 4. & 5. ff. eod. tit. & d. §. ius autem gentium Inst. de iur. natur. gent. & civil.

## XIII.

Id commune est vtrique iuri, naturali scilicet & gentium, quòd semper firmum atq; immutabile permanet (a) in genere suo, licet in subiectis indiuiduis ex iusta & idonea causa, si non funditus tolli, minui tamen & temperari possit. (b)

a) §. sed naturalia quidem iura Inst. de iur. nat. gent. & civil. & §. vlt. Inst. de legit. agnat. tut. Sed vide Vasqu. de success. progressu, in prefat. nu. 144. (b) l. ius civile. 6. in pr. ff. de iust. & iur. §. & libertas quidem iuncto. §. seq. Inst. de iur. person. l. minimè. 35. ff. de relig. & sumptib. funer. Nouell. 89. cap. vlt. Menoch. lib. 1. cons. 100. n. 105. Donell. lib. 1. com. cap. 12. pag. 29.

## XIII.

Ius civile est, quod quisque populus, veluti quæq; ciuitas quasi proprium sibi ius constituit: (a) quòd sit, quoties aliquid additur vel detrahitur iuri communi, id est, naturali, vel gentium iuri. (b)

a) d. l. omnes populi. 9. ff. de iustit. & iur. §. ius autem civile & §. sed ius quidem civile Inst. de iure naturali gent. & civil. (b) d. l. ius civile. 6. ff. de iustit. & iur.

## XV.

Matrimonium ergò licet naturalis iuris sit, quoad maris & fœminæ coniunctionem, (a) est tamen iuris civilis quantum ad nuptiarum ritus & solennia, quæ ius civile ad illud contrahendum exigat. (b)

a) §. 1. Inst. de iure naturali gent. & civil. & l. 1. §. naturale ius. ff. de iust. & iur. (b) §. si aduersus ea. Inst. de nupt.

Simi-



## XVI.

Similiter & conuentio quæ iuris gentium est (a) in stipulatione, propter interrogationem & continuam responsionem inter præfentes interpositam, efficitur ciuilis. (b)

a) *l. 1. in princ. & l. 7. in princ. ff. de pact.* (b) *§. de constituta Instit. de action.*

## XVII.

Testamenti quoq; ordinatio, quamuis omnium gentium sit, si usum testandi omnium populorum communem & nudam testatoris voluntatem spectes, ob solennitatem tamen, quam in condendo testamento ius ciuile desiderat iuris est ciuilis.

*l. 4. ff. qui testamenta facere possunt.*

## XVIII.

Similiter libertas est iuris naturalis; (a) sed huic iuri naturali detractum est aliquid per ius ciuile, quod iubet eum esse seruum, qui ad precium participandum se venundari patitur. (b)

a) *l. 4. §. quæres §. ibi iure naturali omnes liberi nascerentur ff. de iustit. & iur.* (b) *§. serui autem aut nascuntur, vers. aut iure ciuili Inst. de iure person.*

## XIX.

Vetat item ius gentium ne quis in alterius agro, in quo lapidicina, auri vel argenti fodinae sunt, domino inuito lapidem cædat, aurum vel argentum effodiat, iure tamen ciuili putà consuetudine effici potest, vt si quis voluerit ex agro alieno lapidem cædere vel argentum aurumue effodere, id facere possit: si prius certum solatium pro hac facultate domino agri præstet.

*l. venditor 13. §. si constat ff. communia prad.*

## XX.

Deniq; redditio depositi est iuris gentium: at huic gentium iuri detractum est aliquid in persona deponentis deportata: Ius enim ciuile præcipit, vt non ipsi deportato depositum restituatur, sed vt in publicum deferatur.

*l. bona fides 31. in princ. ff. depositi.*

## XXI.

Cæterum vt commune Ius in genere suo immutabile est, sic contra ius proprium sæpe mutari solet, vel aliâ postea lege latâ, vel tacito consensu



consensu populi: (a) quod fit cum eius ratio, vel cessauerit, vel minor fuerit vel Reipub. minùs contulerit, & euidentis vtilitas abrogationem iuris veteris, & nouum ius suaserit. (b)

a) d. §. sed naturalia Instit. de iure naturali gent. & ciuil. l. de quibus. 32. in fine. ff. de legibus. Sed quo minùs ius ciuile scriptum tolli possit vsu populi, facere videtur. l. 2. Cod. qua sit longa consuet. Verùm hanc legem cum d. l. de quibus in concordiam reducit Donell. lib. 1. com. cap. 10. & Cuiac. in Parat. Cod. qua sit longa consuet. (b) l. 2. ff. de constit. princ. & §. 1. ibi, vtilissimum & necessarium hoc ciuibus esse Instit. de Codicill. Et certè cum natura nouas deproperet edere formas, proindeq; humani iuris conditio perfecta & stabilis non sit. l. 2. §. sed quia 18. C. de iur. vet. enucl. & Nouel. 74. in prin. atq; diuersi euentus diuersa gignant consilia & remedia suggerant. l. 1. in princ. ff. de ventre inspici. non debet ista mutatio reprehensibilis iudicari maxime, cum & ipse Deus ex his, quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo c. non debet 8. extra de consang. & affinit.

X XII.

Sequitur de forma & modo, quo vel ius commune, id est, naturale & gentium ius à populo Romano comprobatum, vel ius proprium siue ciuile constitutum est, (a) ea autem forma & modus hic est, quòd eiusmodi ius vel scripto comprobatum aut constitutum est, vel est comprobatum aut constitutum sine scripto: vnde ius aliud scriptum, aliud non scriptum. (b)

a) ius naturale & gentium dicitur comprobatum iure ciuili: Ipsum verò ius ciuile à populo Romano constitutum dicitur. argum. §. omnium autem, ibi Vvesembec. Instit. de Obligat. & l. penult. §. existimatio ff. de Extraord. cognit. (b) l. ius ciuile. 6. §. 1. de Iustit. & iur. & §. constat autem Instit. de iure naturali gent. & ciuil.

X XIII.

Scriptum ius est, quod deliberatione habitâ, interueniente scripturâ comprobatum vel constitutum est: (a) idque futuris tantùm negotijs dat formam, nec ad facta præterita reuocatur, nisi nominatim & de præterito tempore & adhuc pendentibus negotijs constitutum appareat. (b)

a) l. neq; 10. ibi. scribi possunt, l. de quibus. 32. ibi, scriptis legibus: item ibi, sine vllò scripto. & ibi, iudicio populi, uem ibi, suffragio populi: atque ibi suffragio legislatoris. l. diuturna. 33. ibi, non ex scripto descendunt. l. sed ea. 35. ibi,

B

quàm



quàm ea que scripta sunt. & l. seq. ibi, vt non fuerit necesse, scripto id comprehendere. ff. de legibus. Cuiacius libr. 14. obseruat. cap. 16. Sonsbeck in comment. ad vsus feud p. 1. num 3. (b) l. leges. 7. Cod. de ll. Nouell. 19. Fürstlich Wirtembergisch Landrecht: part. 4. pag. 319. in fine. l. eum, quis 10. & l. seq. Cod. de naturalibus liber.

## XXIII.

Estq; cùm Cæsareum, vel Pontificiale, vel Statutarium, tum generale vel speciale.

## XXV.

Ius scriptum Cæsareum est, quodd ab Imp. qui in libris nostri iuris etiam Rex appellatur, (a) comprobatum vel constitutum est.

a) tit. 26. §. 1. tit. 14. & tit. 18. libr. 1. feud. & tit. 10. iunct. tit. 34. & tit. 40. & tit. 54. c. solita benignitatis vers quod autem sequitur extra de maior. & obe. lient. Et lex imperij, de qua in l. 3. ibi, lex imperij. Cod. de testamentis, vocatur lex Regia in §. sed & quod principi Instit. de iure nat. gent. & ciuil. l. 1. ff. de constit. princ. Sic in recessibus imperij Fridericus Imperator. Item Maximilianus 1. aliquoties se Reges Romanos & Cæsaream suam Maiestatem, Regiam Maiestatem appellant, Innocentius autem III. Regem Romanorum specialiter eum appellat, qui à Principibus Electoribus Imperij in imperatorem quidem electus, sed nondum coronatus est: c. venerabilem extra de election. & Elect. potestate. Dicitur quoque Rex, qui viuente Imperatore, velut alterum est imperij caput, vt qui secundum ipsum Imperatorem Imperio preest. Sic viuo adhuc Imperatore Carolo Quinto, eius frater Ferdinandus Romanorum Rex creatus fuit anno 1531. quinta Ianuarij, vt scribit etiam Iohan. Sleidan. libr. 7. commentar. pagin. 120. & patet ex recessibus Imperij de anno 1542. Item de anno 1544. & de anno 1555. & de anno 1557. qui idem Ferdinand. postea in anno 1558. mortuo fratre Carolo Quinto Imperator designatus fuit, vide Reichs Abschied, de anno 1559. pag. 215.

## XXVI.

Est autem ius Cæsareum vel Iustinianeum, vel aliusmodi, quàm Iustinianeum.

## XXVII.

Iustinianeum ius est quod in Codice, Digestis, Institutionibus & Nouellis Iustinianeis continetur: (a) cuius partes sunt Lex, Plebis



biscitum, Senatus consultum, Principum placita, Magistratum edicta, Responsa prudentum, (b) & ius ante Iustinianum moribus receptum, ipsius verò auctoritate probatum. (c)

a) Ius, enim, quod his voluminibus comprehensum est, sic accipi Iustinianus iubet, quasi à se profectum sit, & quod ipse probando suum fecerit. l. 1. §. omnia enim, & §. cum enim leg. 2. §. tanta Cod. de veteri iure enucl. & §. vlt. in procem. Instit. (b) §. constat autem vers. scriptum autem Instit. de iure naturali gent. & civil. (c) d. l. 1. §. sed neq; ex mult. vers. omnia enim. & §. seqq. vers. cum enim antiqua. & l. 2. §. tanta autem. Cod. de veteri iure enucl. Connan. lib. 10. com. c. 3. n. 3.

## XXVIII.

Ius Cæsareum aliusmodi quàm Iustinianeum est, quod post Iustinianum alij Imperatores vel Reges Romanorum condiderunt: quale ius est, quod lege Corradi, item constitutionibus Lotharij, & Fridericij Impp. continetur.

De quibus tit. 34. 40. 52. & 53. libr. 2. feud. & in auth. cassa C. de SS. Ecclesijs: Auth. sacramenta puerum. C. si aduers. vend. auth. habita. C. ne filius pro patre: quodq; comprehensum est Receptibus (vt vocant) imperij.

## XXIX.

Ius Pontificiale est, quod Papa Romanus promulgauit quale est quod Epistolis decretalibus, itemq; Clementinis & extrauagantibus constitutionibus, decretisq; Gratiani continetur.

## XXX.

Succedit ius Statutarium, (a) quod vno vsitatissimo nomine Statutum dicitur, (b) estq; ius ab alio legislatore, (c) quàm Imperatore vel Pontifice conditum. (d)

a) Ita vocat Ias. in l. omnes populi. §. num. 2. ff. de iust. & iur. & Conrad. Lagus in method. iuris ciuil. p. 1. cap. 4. nu. 11. (b) Statuti appellatio significat interdum pronunciatum, id est, sententiam iudicis, interdum verò ius constitutum l. pronunciatum. 46. & ibi Ioan. Gædd. num. 3. ff. de Verb. Signif. Et quando ius significat, generaliter quidem acceptum denotat etiam ius ab Imperatore vel Papa constitutum. l. 3. §. Diuus Hadrianus ibi Imperialia statuta ff. de sepulch. violato. l. 3. in princ. Cod. de sentent. ex pericul. recitand. l. vn. C. de Senatusconsultis, & cap. 1. de Renunt. in 6. & c. statutum, de preb. in 6. Specialiter verò captum, significat tantùm ius ab alio legislatore, quàm Imperatore, vel Papa constitutum. cap. 1. & 2. de constit. in 6. & cap. 2. §. ceterum



Canonicos, & §. statutum quoque de verb. signif. in 6. lason. in l. omnes populi. 9. num. 7. ff. de iustit. & iur. & ibidem etiam alij Dd. omnes, & Coras. in libell. de arte iuris. pa. 2. cap. 15. (c) statutum quoque generali voce legis continetur, vt arguit textus in l. 3. & vlt. ff. de decret. ab ordin. faciend. l. 6. in princ. ff. quod quisque vniuersitatis nomine. l. magistratus. 25. ff. ad municipalem. c. quod super extra de maior. & obedient. Proindeq; & is, qui statutum condit, legislator dici potest. (d) c. ius civile est, ibi, quisque populus vel ciuitas distinct. 1. Quaeq; ciuitas Imperatori vel Papa subdita consuetudinem introducere potest. cap. vniuersas 19. extra de iureiurand. Ergo & statutum condere. Vide Bartol. num. 2. Bald. num. 2. & 3. & las. num. 6. 7. 8. 9. & 10. in l. omnes populi. 9. ff. de iustit. & iur. & Petr. Iacob. Aurel. in pract. aurea libell. rubrica. 69. ff. de statu vniuers.

## XXXI.

Potest autem statutum condere non modò Magistratus totius alicuius prouinciæ populo sibi subdito, veluti Episcopus in sua Diocesi, (a) Rex imperio subiectus in suo regno, Dux in suo ducatu, Marchio in sua Marchia, Comes in suo comitatu; (b) Sed & Senatus (c) tum liberæ imperialis ciuitatis, (d) tum municipij. (e)

a) c. vestra extra de locat. & cond. cap. 2. extra de maior. & obed. c. cum dilectus. §. dictus verò procurator extra de consuet. verbi autem Diocesis fit etiam mentio in iure civili, & significat prouinciã, vt in l. 1. C. de priuat. carceribus. In iure verò Canonico Diocesis est Episcopatus. c. quod super his 9. extra de maior. & obed. (b) l. 2. C. de offic. præf. prætor. orient. Bart. in l. omnes populi. 9. n. 8. ff. de iustit. & iur. Ioan. Coras. in d. lib. de iuris arte p. 2. cap. 15. ceteriq; Dd. quos citat Ioan. Borchold. in com. ad vsus feud. cap. 5. n. 37. vide quoque Sebast. Medices in tract. de legib. & statut. part. 1. q. 20. (c) qui Princeps in sua ciuitate dicitur l. Spadonem. 15. §. si ciuitatis. ff. de excusat. tutor. (d) l. Antiochenfium. 37. ff. de rebus auct. iud. possid. And. Gail lib. 1. de pace publica. ca. 6. n. 11. (e) l. 6. in princ. ff. quod quisq; vniuersit. nomine. l. prohibere. 3. §. planè vers. hoc ita. ff. quod vi aut clam. l. 3. & vlt. ff. de decret. ab ordin. fac. & l. magistratus 25. ff. ad municip. l. 1. C. de emancip. liberor. vide Sebast. Medic. in d. tra. de legib. & statut. p. 1. quæst. 21. & quæst. 23.

## XXXII.

Quin & collegia tam Ecclesiastica (a) quam secularia (b) condere sibi statuta possunt: proindeq; & pars ciuitatis, (c) quam nostri quarterium vocant, (d)

a) cap. 2.



a) *cap. 2. §. caterum, & §. statutum quoq; de V. S. in 6. & c. cum accessissent ibi, de communi assensu canonicorum Tullens. fuerit constitutum extra de constit. (b) l. 4. ff. de colleg. & corporib. l. vlt. C. de iurisd. Bart. in l. omnes populi 9. n. 6. ff. de iustit. & iur. & ibi etiam Ias. num. 37. Ioan. Coras. in libel. de iuru arte p. 2. cap. 15. Ioan. Schneid. ad §. ius autem ciuile. num. 16. Instit. de iure naturali gent. & ciuil. Sebast. Medic. d. tractat. de legib. & statut. p. 1. quest. 22. (c) Est enim collegium approbatum l. si quis à filio. 32. §. fin. ff. de leg. 1. Vnde etiam statutum facere potest, facit l. 2. §. deinde cum esset in ciuitate. 8. ff. de orig. iur. Bartol. in d. l. omnes populi. num. 7. ff. de iustit. & iur. & ibidem etiam Iason. num. 40. Ioan. Schneid. ad d. §. ius autem ciuile. num. 16. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. (d) Bart. num. 7. & Ias. num. 40. in d. l. omnes populi. 9. ff. de iustit. & iur. & Schneid. d. loco. num. 16.*

## XXXIII.

Cæterum an hi quibus ius est condendi statutum, etiam absque consensu & auctoritate superioris cui subditi sunt, facere possunt statutum? controuersum est. Nos autem hîc superioris auctoritatem & confirmationem, quæ hodie tamen prudenter desiderari a seculo necessariam esse non putamus, (a) modò statutum non fiat de his, quæ publicis legibus prohibita sunt. (b)

a) *cap. 1. de constit. in 6. Ias. in l. omnes populi. n. 34. & 35. ff. de iust. & iur. Petr. Iacob. Aurel. in pract. aurea libell. rubr. 69. num. 9. Ioan. Coras. in libell. de iuru arte p. 2. cap. 15. Sed hanc quæstionem Dd. nostri decidendo variè distinguunt. Alia est distinctio Bartoli in d. l. omnes populi. num. 34. & 5. ff. de iustit. & iur. quam Bartoli distinctionem sequitur Ioan. Schneid. in §. ius autem ciuil. num. 14. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Alia est Baldi distinctio in eadem. l. num. 6. vers. sed puto verum: Alia Angeli ibidem. nu. 5. Alia Zas. eod. loc. Alia Conradi Lagi in meth. iuris ciuil. p. 1. ca. 4. nu. 11. Alia Vasquii lib. 1. quest. illust. cap. 47. n. 9. (b) l. 3. §. Diuus Hadrianus. ff. de sepulch. viol. l. 2. C. de offic. præf. prætor. orient. l. vlt. in fine. ff. de Colleg. Auth. Nauigia. C. de furtis, auth. omnes peregrini. Cod. communia de success. c. quod super his, & c. cum inferior extra de maior. & obed. c. vestra. extra de locat. & cond. c. cum dilectus filius. §. caterum extra de consuet. c. venientes extra de iure iur. cap. 2. §. caterum. & §. statutum quoq; de V. S. in 6. Bald. num. 6. Ias. num. 30. & Angel. num. 3. in d. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. Ferdin. Vasquius tract. de success. & vlt. volunt. lib. 1. de testatoris potentia. §. 6. num. 6. & 15.*



## XXXIII.

Vt regulariter absq; superioris auctoritate statutum fieri potest, ita etiam Princeps, Comes, Baro absq; consensu suorum subditorum condendi statuti ius habet. (a) Senatus verò eiusdem vniuersitatis, putà ciuitatis, vel collegij non nisi conuocatis & consentientibus ciuibus, vel collegis omnibus, (b) aut eorum parte maiori (c) statutum condere potest: Præterquàm si ipsi ciues vel collegæ ius promulgandi statuti in ipsum senatum contulerint. (d)

a) *arg. l. 3. C. de legib. ca. 2. extra de maior. & obed. ca. 1. & vlt. de constit. in 6. Conradus Lagus in Meth. Iuris ciuil. part. 1. cap. 4. num. 11. & Ioan. Coras. in libell. de iuris arte p. 2. c. 16. in princ. (b) §. lex est, & §. seq. Inst. de iure naturali gent. & ciuil. l. de quibus. 32. §. 1. vers. nam quod maior pars ff. de leg. (c) l. 2. C. de decur. lib. 10. & l. quod maior pars. 19. ff. ad municip. (d) §. Senatusconsultum. Inst. de iure naturali gent. & ciuil. & l. 2. §. deinde, quia difficile. ff. de orig. iur. l. non ambigitur. 9. ff. de legib.*

## XXXV.

Sed quæri solet & disputari, an testamentum vigore statuti coram duobus vel tribus testibus factum, etiam ad bona extra statuentis territorium sita extendatur? Et affirmantium opinio, vt iure verior, ita quoq; vsu recepta est.

*Andr. Gail. lib. 2. obser. 123. Myns. cent. 5. obseru. 20. & facit pro hac conclusione. l. ius nostrum non patitur. ff. de Reg. Iur.*

## XXXVI.

Contra verò statutum, quo de successione intestati aliter disponitur quam iuris communis sanctio admittit, ad bona extra territorium statuentis sita non porrigitur, licet nonnulli ex interpp. nostris secùs sentiant:

*Myns. cent. 5. obser. 19. & Andr. Gail. d. lib. 2. Obs. pract. obseru. 124. Andreas Tiraq. de iure primogen. quest. 46. & seq. Modestin. Pistor. cons. 31. n. 47. & seq. libr. 1. Decian. cons. 71. vol. 2. Crauet. consil. 30. nu. 3. par. 1. Molin. cons. 53. nu. 9. & seq. Cephal. cons. 309. n. 60. & 76.*

## XXXVII.

Dicendum modo quid sit generale, quid item speciale ius. Generale ius est, quod ad omnes communiter & vniuersos ciues pertinere iussum est: (a) quomodo regulariter ius omne constitui debet. (b)

a) l. 1.



EIVSQUE PARTIBVS, &C.

a) l. 1. §. vlt. ff. de constit. princ. l. 3. Cod. de leg. §. sed & quod principi vers. vlt. Inst. de iur. nat. gent. & civil. (b) l. iura non in singulas §. ff. de legit.

XXXVIII.

Speciale ius est, cuius potestas ad quosdam tantum pertinet: estque particulare vel personale, siue singulare.

XXXIX.

Ius particulare est speciale ius, quod vel ad certas eiusdem conditionis personas, vel corpora, vel causas pertinet, (a) ut est ius priuilegij dotium, (b) ius priuilegij fisci, (c) ius priuilegiorum Scholarum, (d) ius priuilegiorum domus Augustæ, vel rei priuatæ, (e) ius item priuilegiorum militum. (f)

a) d. l. 3. in fine. Cod. de ll. l. priuilegia quadam. 136. ff. de Reg. Iur. Cuiac. lib. 15. obs. cap. 8. (b) tit. Cod. de priu. dotis. l. in rebus. 30. C. de iure. dot. (c) l. assiduis. 12. Cod. qui potior. in pign. hab. (d) tit. Cod. de priu. scholar. libr. 12. (e) Cod. tit. 74. lib. 11. (f) de his priu. vide tract. Dn. D. Bocer. de iure pugna. lib. 1. cap. 19. & aliquot sequent.

XL.

Personale siue singulare ius est, quod vni alicui, vel pluribus certis personis in præsens tempus singulariter indultum est, proindeque ad exemplum trahi non potest: veluti si princeps ob meritum alicuius quidpiam ei indulgeat, vel alia ex causa, vel ex gratia alicui subueniat: aut pœnam solito grauiorem & acerbiorum alicui irroget.

d. l. 1. & vlt. ff. de constit. princ. & d. §. sed & quod principi Inst. de iure nat. gen. & civ. l. quod verò. 14. cum duabus. ll. seqq. ff. de leg. Exempla sunt in §. femina. Inst. de adopt. §. par ratione. Inst. quibus mod. ius patria potest. solu. §. sciendum. vers. sed hoc quidem ibi, cuidam speciali beneficio. Inst. de hered. qual. & differ. l. 5. §. vlt. ff. de capt. & post lim reuers. l. vlt. ff. de legat. l. neq. Dorothe. C. de decur. lib. 10. l. ex facto. 43. in pr. ff. de vulg. & pupil. subst.

XLI.

Exposito iure scripto, excutiendum deinceps ius non scriptum. Ius non scriptum est, quod absque communi deliberatione, & sine scriptura in usum venit, eiusque partes duæ sunt; consuetudo & æquitas.

Cicer. in Topic. Si quis, ait, ius civile dicat esse, quod in legibus Senatuscons. rebus iudicatis, iuris peritorum auctoritate edictis magistratuum, more æquitate consistat, & c. Connan. item libr. 1. com. cap. 10. num. 3. sunt, inquit, huius non scripti Iuris partes duæ consuetudo & æquitas: Patet idem ex l. 2. §. quanquam



quam, ibi, hæc æquitas suggerit, et si iure desit iamur, ff. de aqua & aquæ pluuiarum arcend. & l. in his. 16 ibi, ex bono & æquo: iunct. verb. scripti iuris rationem ff. de cond. et demon. l. nulla. 25. ibi, nulla iuris ratio aut æquitas benignitas ff. de leg.

## XLII.

Consuetudo est ius non scriptum, quod tacitus populi consensus probabilis, plurimorum annorum obseruatione frequenti inuenteratus firmavit: (a) quod licet postea, ut in futurum certum sit, scripto comprehendatur, consuetudo tamen, siue ius non scriptum manet: (b) quale est ius feudorum, (c) si verò à legislatore tum actori tatem accipiat, tum in scripturam, ut lex sit, redigatur, definit esse consuetudo, & ius scriptum efficitur. (d)

a) l. de quibus. 32. ff. de ll. §. sine scripto. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. ibi, ratio, quæ consuetudinem suasit, item ibi, quæ in oppido frequenter. Cod. quæ sit longa consuetud. l. si herede. §. penult. ff. de excus. tut. Nouell. 134. cap. 1. (b) d. l. imò. 32. ff. de leg. Bart. in leg. de quibus. n. 8. & ibid. etiam Iason. nu. 36. extra. d. t. (c) ut arguit inscriptio librorum de feudis, & scribit etiam post alios Curt. lun. tract. de feu. p. 1. q. 1. num. 11. & 12. Oldend. in class. act. de action. benefic. p. 915. & seq. (d) l. 1. §. sed neq. ex multitud. vers. omnia. enim. & §. seq. vers. cum enim antiqua, & l. 2. §. tanta autem. C. de iure vet. enucl. cap. 2. de preben. l. in 6. Bart. in d. l. de quibus. 32. num. 8. ff. de leg. Connan. libr. 1. com. 6. 10 num. 3. Ioan. Coras. in libello de iuris arte, p. 2. c. 18. in fine.

## XLIII.

Sunt igitur consuetudinis quatuor requisita. Tacitus populi consensus, plurimi anni, frequens obseruatio, & ratio probabilis. d. l. 32. ibi, tacito consensu. l. 33. l. 35. ibi, longa consuetudine, item ibi, per annos plurimos, & ibi, tacita ciuium conuentio. ff. de leg. d. §. sine scripto ibi, diuturni mores. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. l. 1. ibi, in oppido frequenter, item ibi, ratio, quæ consuetudinem suasit, & ibi, longam consuetudinem. l. 2. ibi, vsusq. longæui Cod. quæ sit longa consuet. l. 3. ibi, frequenter, Cod. de edif. priu. l. sine. 32. §. penult. ibi consuetudinem semper obseruatam. ff. de admin. & peri. tut. cap. vlt. ibi, longæue consuet. & ibi, nisi fuerit rationabilis, & legitime sit præscripta extra de consuet.

## XLIIII.

Tacitus populi consensus hic est, qui absq. communi deliberatione, & sine scriptura, quibusdam tantum actibus, rebus ipsis & factis declaratur.

d. l. de



*d. l. de quibus. 32. ibi, rebus ipsis & factis. ff. de legi. Andr. Gail libr. 2. pract. obs. 31. n. 9. Myns. cent. 6. obs. 41. n. 12. & obs. 42. n. 1.*

## XLV.

Plurimi verò anni, quos ad introducendam consuetudinem, iura exigunt, secundum glossæ & omnium ferè Dd. sententiam, iure Canonico, in reb. Ecclesiæ tempore Decennij concluduntur, si præter ius consuetudo introducatur: Sin contra ius, quadraginta annorum præscriptione opus esse: Verùm iure ciuili in secularibus rebus indistinctè annorum decem sufficere tempus tradunt.

*And. Gail. lib. 2. obs. 31. n. 3. Myns. cent. 6. obs. 41. nu. 9. & 10. & obs. 42. nu. 1. Rochus Curtius in c. vlt. extra de consuet. sect. 3. n. 25. & seqq. Donell. quoq. lib. 1. com. c. 10. sent. annos decem iure ciuili sufficere.*

## XLVI.

At licet hanc communem opinionem pleraque fori subsellia sequantur, verius tamen videtur, tempus illud certum iure definitum & expressum non esse. Sed tantum hinc desiderari temporis spacium, quod sensim & tam diu labatur, donec morem fecerit, & habitum in animos ciuium induerit, (a) proindeque Iudicis discretioni & arbitrio committendum esse, quantum temporis ad firmandam consuetudinem necessarium fuerit. (b)

a) *Rationes vide apud Francis. Connan. libr. 1. com. iur. ciu. c. 10. n. 6. & Iacob. Cuiac. in Par. C. tit. qua sit longa consuet. (b) Menoch. de arbit. iud. quaest. lib. 2. cent. 1. casu. 83. n. 6. & seqq. Duar. ad tit. ff. de leg. c. 11. Ioan. Coras. in libel. de iuris arte p. 2. c. 19. At Vvesemb. in Parat. ff. de legib. n. 8. vers. ad inducendam, existimat hic triginta annos requiri. Hoto. verò ad §. ex non scripto. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. patrum memoriam siue centum annorum spacium ad firmandam consuetudinem exquiri putat. arg. l. more maiorum. 5. ff. de iurisd. l. 1. §. 1. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. l. poena. ff. de parricid. iunct. l. 10. ff. de grad.*

## XLVII.

Frequens obseruatio, id est, frequentes eiusdem generis actus, quibus consuetudo inter prædictum tempus introducitur, duobus conformibus, homogeneis & similibus actibus definitur: modo tamen ita celebres & notorij fuerint, vt verisimiliter in populi notitiam venerint, & de eius tacito consensu constare possit: (a) alioqui plures necessarij fuerint, vnde & hinc discretionem & arbitrio Iudicis erit opus. (b)

c

a) Cum



a) Cùm enim frequentes actus hìc desiderantur. l. 3. ibi, quæ in oppido, frequenter in eodem genere controuersiarum. C. de edific. priua & l. 1. ibi, quæ in oppido frequenter in eodem controuersiarum genere. C. quæ sit longa consuetud. frequenter autem agi dicatur, non quòd bis, sed sepiùs agitur. l. 5. & 6. ff. de legib. l. item. 15. §. aliud est appellari. ff. de iureiuran. certè non semper duo sufficiunt actus, sed quandoq; plures exiguntur Bartol. in secunda lectura in d. l. de quibus. 32. num. 12. ff. de legib. & ibi las num. 51. Panor. in c. fin. num. 17. extra de consuet. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 31. num. 7. & 8 Myns. cent. 6. obseru. 41. num 7. & obseru. 42. & Resp. 13. num. 25. Decad. (b) argu. l. 1. §. vlt. ff. de iure deliber. & l. mora. 32. in princ. ff. de vsur. & ita sentit post alios Menoch. de arbit. iud. quæst. lib. 2. cent. 1. obs. 81. n. 24. Decad. 2. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 424. num. 15. 16. 17. 18. & 19.

## XLVIII.

Etsi autem utile sit consuetudinem aliquo iudicio esse firmatam: (a) tamen id necessum non est, sed sufficiunt ad introducendam consuetudinem etiam actus extraiudiciales. (b)

a) l. cùm de consuetud. 34. ff. de legib. (b) d. l. 3. Cod. de edific. priuat. d. l. 1. Cod. quæ sit longa consuet. d. l. de quibus. 32. d. l. sed & ea. 35. ff. de legibus. Donnell. lib. 1. com. cap. 10. Duaren. ad tit. ff. de legib. cap. 11. And. Gail. & Mynsing. dictis locis.

## XLIX.

Probabilis ratio ad consuetudinem introducendam necessaria, dicitur ea, quæ non est omninò manifestè contra diuinum vel naturale ius: (a) qua de re, si dubium incidat, Iudicis disquisitio & arbitrium requirendum erit. (b)

a) cap. vlt. extra de consuet. cap. 1. de iureiur. in 6. Nouell. 134. cap. 1. Mynsing. cent. 6. obser. 41. num. 3. & 4. And. Gail. lib. 2. obser. 31. num. 11. 12. 13. & 14. Vasquius de success. creat. lib. 1. §. 2. n. 7. (b) Menoch. d. l. 2. de arbit. iud. cent. 1. casu. 82. & Gail. d. obs. 31. n. 13.

## L.

Quod si consuetudo notoria (a) non sit, probanda erit testibus per tribus, curias, vicos interrogatione & examine corrente: (b) qui testes de tribus primis requisitis cum ratione scientiæ deponere debent: (c)

a) Notoria consuetudo, vt quæ in scripturam redacta est: qualis est consuetudo feudalis non indiget probatione aut allegatione Chassen. in consuet.

Bur-



Burgund. cap. 3. Myns. cent. 5. obseru. 96. n. 6. & 7. Ius enim certum coram tribunali iudicis periti necessario non allegatur Mynsing. cent. 5. obser. 88. (b) Myns. cent. 5. obseru. 96. n. 1. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 528. num. 2. Cuiac. libr. 20. obseru. cap. 1. (c) Andr. Gail. lib. 2. obseru. 31. num. 15. Myns. cent. 6. obseru. 41. num. 13. & 14. & Resp. 12. nu. 22. & seqq. Item Resp. 13. nu. 19. cum aliquot seqq. decad. 2. & Resp. 32. nu. 28. Decad. 4. Ioseph. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 424. num. 2. & seqq. Volunt autem Dd. dubiam consuetudinem probari non duobus, sed decem testibus ad minimum per l. si arbiter. 28. in fine ff. de probat. iunct. l. 4. §. turbam. ff. vi bonorum rapt. Loriot. in apicib. iur. tit. de iur. & consuet. axiom. 68. Mynsing. Resp. 13. num. 13. Decad. 2. Duos autem sufficere testes, si duntaxat de initio consuetudinis probando aut de forma consuetudinis demonstranda agatur per l. vbi numerus. ff. de testib. Roch. Curt. in cap. vlt. extra de consuet. sect. 2. n. 8. Myns. d. Resp. 13. n. 18. Decad. 2.

## L I.

Probatur item consuetudo antiquissima & immemorialis, ex librorum recitatione & inspectione publicorum instrumentorum; modò tamen simul probetur libris illis, & instrumentis fidem fuisse adhibitam.

*l. vetustissimam. §. vbi Ang & alij. Cod. de iur. dominij impetr. Bald. in l. 1. C. ad Senatuscons. Vellei. Aymon Grauet. de antiquit. tempor. p. 1. §. ampliatur. n. 16. 17. & 18. p. 32. & p. 4. §. materia ista. num. 41. pag. 222. Ioseph Mascard. de probat. vol. 1. concl. 425. n. 2 3. 4. & seq. vide eundem concl. 429.*

## L II.

Similiter probatur consuetudo ex lectionibus excellentium Doctorum, & quidem plenè si duo pluresue attestentur de consuetudine, quæ scriptæ legi conuenit, (a) præsumtiue autem non verè, si tractent de alia consuetudine. (b)

a) De tali consuetudine est l. si de interpretatione. 37. & seq. ff. de legibus. c. cum dilectus extra de consuet. & ita habet additio ad Guidonem Papæ, quæst. 565. num. 4. in verbo attestantur, & post alios Mascard. de probat. vol. 1. conclu. 426. num. 244. (b) arg. l. 4. l. iurisiurandi. 9. C. de testib. additio ad Guidonem Papæ. d. Zas. in d. l. de quibus. 32. ff. de legibus. Roch. Curt. in c. cum tanto extra de consuet. sect. 8. n. 9. Ioan. Coras. in d. libell. de iuris arte p. 2. ca. vlt. At Mynsinger. cent. 5. obseru. 96. num. 4. & 5. testatur contrariam opinionem in Camera fuisse receptam. vide quoque Anton. Gabriel. Roman. libr. 1. com. concl. tit. 1. de probat. concl. 4. & Bursat. cons. 43. num. 54.



## LIII.

Sequitur de Æquitate : Æquitas est ius non scriptum , quod in defectum scripti & moribus recepti iuris, ratio humanitatis, benignitatis & iustitiæ suggerit.

*l. 2. §. quanquam. ff. de aqua & aque pluu. arcend. l. placuit. 8. C. de iudic. l. nulla. 25 ff. de ll. l. in his. 16 ff. de condit. & demonstrat. l. non tantum. 20. de iure dot. l. 1. in pr. ff. vt in possess. legat. l. si cui. 38. in fine. ff. Ex quibus causis maior. l. planè. 38. vers. sed benignius. ff. de petit. hered. l. non tantum. 20. ff. de re iud. l. si cui. 38. ibi, habebitur ratio humanitatis. ff. ex quibus causis maior. l. 1. in prin. ibi adhuc tamen benignè quis dixerit. ff. vt in poss. legat. l. postliminium. 19. in pr. de capt. & postl. l. in omnib. ff. de R. I. l. benignius. ff. de legib. l. non fines, ibi, benignè atq; natural. iuris moderationem temperare. C. de bon. quæ liber Vves. in Parat. ff. de iust. & iur. in fine. vide quoq; Ioan. Coras. in libell. de iuris arte p. 1. c. 15.*

## LIII.

Reliquum est, vt de iuris constituti fine agamus , qui est tum publica, tum priuata vtilitas : vnde ius aliud publicum, aliud priuatum.

*l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iur. & §. huius studij Instit. de iure nat. gent. & ciuil. l. amissione ciuitatis. §. vlt. & seq. ff. de capite min.*

## LV.

Ius publicum est, quod publicè est vtile : vt quod rectè & principaliter ad statum rei Romanæ, id est, Reipublicæ spectat : veluti quod in sacris, sacerdotibus & magistratibus consistit : vt ex locis proximè allegatis patet.

## LVI.

Ius publicum in factis consistens est, quod ad DEI tum cognitionem, tum dilectionem atq; cultum pertinet : atq; ita etiam ad Ecclesias, earumq; priuilegia & patrimonium spectat : Item quod pertinet ad damnationem hæreticorum, qui à fide Orthodoxa & Dei Ecclesia dissentiunt.

*De hoc iure est hodie lib. 1. Cod. tit. 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

## LVII.

Ius publicum in sacerdotibus consistens est , quod de Ecclesiæ ministris, & eorum prærogatiuis, potestate, immunitatibus & priuilegijs conditum est.

*De hoc iure est tit. Cod. de Episcop. & Cler. Item tit. de Episcop. audient. & varij tit. in iure Canonico.*

In



## LVIII.

In magistratibus consistens ius publicum dicitur, quod est de officio, potestate & dignitate eorum, qui Reipub. gubernandæ præfunt.

*De hoc iure est in Pandect. liber. 1. tit. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. Item in Cod. lib. 1. t. 26. & seqq.*

## LIX.

Consistit prætereà ius publicum in rebus ad Reipub. administrationem necessarijs & idoneis: vt sunt res fisci, item opera & pecuniæ, quæ Reipub. debetur.

*De his est tit. ff. & C. de iure fisci, de re militari, de munerib. & honor.*

## LX.

Similiter iuris publici est conuentio, quæ fit per pacem, quoties inter se Duces belli quædam paciscuntur.

*l. 4. §. 1. ff. de pactis.*

## LXI.

Est item iuris publici procreatio prolis, quatenus ciuium genus propagat, & ciuitatem liberis replet.

*l. 1. ff. solut. matrim. Nou. 22. in prin. & Nou. 140. in pr. Nou. Leon. 26. in pr. Plura exempla iuris publici extant sub tribus libris posteriorib. Codicis.*

## LXII.

Ius priuatum est, quod rectâ & principaliter ad singulorum utilitatem pertinet; vt quod cuius ex populo in Repub. priuatim utile est: veluti quod ad priuatorum contractus, & rerum acquisitionem, & conseruationem pertinet.

*d. l. 1. §. huius stud. ff. de iust. et iur. et §. huius stud. Inst. de iur. nat. gen. et ciu.*

## LXIII.

Cæterùm etsi constituta iura ab omnibus intelligi debeant, (a) proindeq; eius ignorantia cuiq; noceat, (b) & non profit ad legis pœnam euitandam, (c) iuris tamen imperito, veluti syluicolæ, qui copiam prudentiorum, quos consulere possit, non habet, haud nocet eius ignorantia in negotijs ciuilibus. (d)

a) *l. constitutiones. 12. C. de iuris & facti ignor. l. leges. 9. Cod. de legibus.*  
 (b) *l. regula. 9. in princ. ff. de iuris & facti ignor.* (c) *l. 4. l. error. 8. d. l. regula. 9. §. si quis in fine. ff. d. t. v. Donell. libr. 1. com. ca. 17.* (d) *d. l. regula 9. §. sed iuris ignor. ff. eod. tit. l. in bonorum. 10. ff. de bonorum poss. l. 2. §. vlt. ff. quis ordo in bonorum poss. seruetur.*



Quamuis etiam in compendijs, (a) siue lucris (b) veluti vsucapione (b) & certa conditione hereditate alienâ delatâ, (d) itemq; bonorum possessione agnoscenda (e) iuris error nec fœminis (f) proffit, non tamen nocet minoribus (g) & militibus. (h)

a) *l. error. 8. ff. de iur. & fact. ignor.* (b) *l. quamuis. 11. C. d. t.* Est autem compendium siue lucrum adquisitio rei alienæ, ex causa lucratiua, non onerosa; siue quod ex alieno mihi obuenit sine vlllo onere meo. Cuiacius in com. in libr. 19. quest. Papinian. in explicatione. l. 7. ff. de iuris & fact. ignorant. pagin. 509. (c) *l. nunquam. 31. in princ. & l. si fur. §. 1. ff. de vsucapion. l. 2. §. si a pupillo. ff. pro emptore*, quæ vsucapio est adquisitio lucratiua, siue lucrum coniunctum cum alieno detriment. *l. sciendum. 8. & l. seq. ff. ex quibus causis mai.* ideoque in iure erranti non prodest: Sed obstare videtur *l. iusto. 43. §. filius. ff. de vsucapion.* ad quam respondet Cuiacius, loco antea allegato. pagin. 510. (d) *l. sciant. 10. Cod. de legit. heredit. l. cum à matribus. 8. Cod. qui petant tutor. vel curator.* (e) *d. l. in bonorum. 11. ff. Quis ordo in possess. seru.* (f) *l. 3. l. quamuis. 11. Cod. de iuris facti ignorant. d. l. iuris. 6. Cod. qui admitt. ad bon. possess. l. vlt. §. pen. Cod. qui potiores in pigno habe.* (g) *l. ait prætor. 7. §. hodie. ff. de minor. d. l. quamuis. 11. Cod. de iuris & fact. ignorant. l. 2. Cod. de in integrum restit. min. l. vlt. Cod. si aduersus delictum:* (h) *d. l. regula 9. §. si filiusfamil. ff. de iuris & fact. ignorant. l. vlt. in princ. ff. de iure delib. vide Donellum lib. 1. comment. 6. vlt. pag. 65. in princ.*

## LXV.

Vt quamuis in damnis rei amissæ, putà solutione indebiti (a) vel præscriptione temporis legitimi (b) ignorantia iuris noceat, at tamen in eiusmodi damnis non nocet minoribus, (c) militibus, (d) fœminis, (e) & rusticis.

a) *l. si fideiuss. 29. §. non malè. ff. mandati. l. cum quis. 10. Cod. de iuris & facti ignorant. l. error facti. 9. Cod. ad Falcid. & l. si non sortem. 26. §. indebitam ff. de condict. indeb.* (b) *l. sicut. 3. in fine. Cod. de præscript. 30. annorum. vide Cuiac. in comment. in libr. 19. quest. Papin. in explicat. d. l. 7. ff. de iuris & facti ignor. pag. 512. & Donell. lib. 1. com. cap. 21. pag. 58.* (c) *d. l. regula 9. in princ. ff. de iuris & facti ignor. l. ait prætor. 7. §. hodie. ff. de minor. l. cum quidam. 17. §. si pupillo. ff. de vsur.* (d) *d. l. regula 9. §. si filiusfamil. ff. de iuris & facti ignor. l. 1. Cod. d. t. l. vlt. in princ. Cod. de iure deliber.* (e) *d. l. regula 9. in princ.*  
l. de



*l. de die. §. si seruus. ff. qui satisda. cogantur. (f) l. 2. in fine. ff. de iure fisci. & l. 1. in fine. ff. de edend. vide Donell. l. 1. com. c. vlt. p. 65.*

## LXVI.

Nemini quoq; nocet iuris ignorantia in damnis rei amittendæ.

*l. 7. l. error. §. ff. de iuris & fact. ignor. Exempla vide in l. non idcirco. 9. C. d. t. l. quæ fideicommissum. 79. ff. de legat. 2. l. inter officium. 54. ff. de rei vind. l. 1. in princ. ff. vt in poss. legat. & l. si quis cum aliter ff. de V. O.*

## LXVII.

Ad delictum quod attinet, si illud iure naturali, siue gentium iure prohibeatur, & quidem simpliciter, non ita, si quid dolo malo factum sit, veluti adulterium, stuprum, incestus, iuris gentium certè iuris ignorantia neminem excusat, (a) nisi sit ille, in quem delictum non cadit, (b) vt est furiosus, infans, (c) & qui infantia proximus est. (d)

a) *l. 1. l. vlt. Cod. si aduers. delict. l. si adulterium cum incesto. 38. & §. quare §. mulier, & §. fratres ff. ad l. iul. de adulter. l. auxilium. 37. §. 1. ff. de minor.*

(b) *l. in punitas. Cod. de pœnis. (c) l. 5. §. & ideo ff. ad l. Aquil. l. infans. 12. ff.*

*ad l. Cornel. de siccar. (d) §. in summa Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. l.*

*pupillum. ff. de Regul. iur. l. excipiuntur. 14. ff. de Senat. cons. Silan. Donell. lib. 1. com. c. 22. pag. 61.*

## LXVIII.

Si verò iure gentium ita prohibeatur delictum, vt id dolo commissum coërceatur, tunc ob iuris ignorationem excusatur delinquens, vt si quis rem alienam vi eripiat, vel clam auferat, existimans, & suam esse & licere domino rem suam auferre à possessoribus.

*§. ita tamen Inst. de vi bon. raptorum. l. sed etsi. 25. §. scire ff. de petit. hered.*

*l. si quis id. 7. §. doli mali. ff. de iurisd. l. 1. §. vlt. ff. de edend. l. si quis in gravi. 3. §. si*

*quis ignorans ff. de Senat. Cons. Syllan. l. 2. §. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit Cu-*

*iac. in comm. in lib. 19. quæst. Papin. in explicat. l. 7. ff. de iuris & fact. ignor. pag.*

*513. & Donell. lib. 1. com. c. 22. in fine.*

## LXIX.

Quod si iure ciuili tantum prohibeatur delictum, veluti incestus iuris ciuilis, item contractus matrimonij intra tempus luctus & omisio accusationis sine abolitione impetrata, vt & si quispiam sibi adscribat emolumentum in alicuius testamento etiam testatore di-

etante, mari maiori 25. annorum ob iuris ignorationem licet miles (a)

fit



fit non subuenitur, fœminæ verò succurritur (b) & fortasse etiam rustico. (c)

a) *l. miles. 11. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult.* (b) *d. l. si adulterium. 38. §. quare mulier. ff. ad l. Iul. de adult. l. liberorum. 11. §. fin. ff. de his, qui notant. infra. l. 1. §. accusationem. & l. mulier. 4. ff. ad Senatusconsultum Turpil. facit à contrario sensu. l. si fœmina. C. d. t. l. 3. Cod. de his, qui sibi adscrib. l. Diuus. 15. §. matri. ff. de l. Cornel. de falsis.* (c) *sexui enim rusticitas comparatur. l. 2. §. fin. ff. de iure fisci.*

## LXX.

Facti tamen ignorantia non nocet ignorantì, nisi ei summa negligentia obijci possit, vt si solus ignoret, quod omnes in ciuitate sciunt.


*l. 1. l. regula 9. §. sed facti ignorantia. ff. de iur. & fact.*

FINIS DISPUTATIONIS  
PRIMÆ











0 111



